viris expetita, in his virtutum palaestras, in his scholas
in his academias, non profanae sed sacrae, sed diuinae sci-
entiae, sui ipsius cognitionem, mundi contemptum, Regni Cael-
estis itinerarium fuisse excitatas, non itaq desertum hoc im-
probabat Eusebius, ut pote qui ante sciret arduam virtutem
in sua regia in suis palatiis non magna comitum cinctam turba,
lateronibus stipatam plerumq nullis, pedissequas numerare quot?
quid igitur erat quod constantissimam solidissimámq hanc
columnam à sanctissima cogitatione à saluberrimo praecepto
consilioq dimouere concutereq poterat? tristitiae nubes exced-
ebat, calamitatum pluuias spernebat, ferocientis Aeoli mi-
as ridebat, contemnebat omnia, quid multis disputo, mur-
um aheneum contra potentes carnis arietes dixissetis,
Vlyssem aduersus mundanarum Sirenum cantus credidisset-
is, leonem denique contra quascunq capitalis inimici insidi-
as, terrores, machinationesq audissetis, at non angustae cellae
molestia deterrere illum potuit? cellam Caelum reputas,
at tum vel maxime certè crediderim, quando ipse eam
incoluit, at pulla vestis nonne mutare animum potuit?
ut purpuram laudabat, quis dubitet cum talem regem tal-
em imperatorem, qui se regere sibi imperare quod longè
grauissimum laudéq dignissimum est contexerit, demus
et hoc non potuisse, at certè tristis cuculla potuit
Quid expectatis Stud:?ô utinam sic omnes Deo deuoti re-
ligiosi lugerent, qualem, Deus bone! conscientiam, quam